

permissis, feri prohibentis: ac felicitis re- cordat. Gregorii Papae XIII. de solvendo augmento ex causa retractus, vel juris congrui, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Urbis, & Ordinis praefatorum, illiusque Monasteriorum, & Regularium Locorum, ac Urbis praefata, & quorumvis illius Tribunalium, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, reformationibus, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis dilectis filiis Ordinis, illiusque Monasteriorum, Regulariumque locorum hujusmodi Superioribus, ac etiam Urbi, & Senatori, Populoque Romano, necnon Vicario, Gubernatori, Senatori, Confevatoribus, Auditori Camerae ejusdem nostrae Urbis, eorumque Locatentibus, Vicegerenti, Vicariis, Officialibus, & quibusvis aliis Judicibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie per quoscumque Romanos Pontifices, etiam Praedecessores nostros, ac Nos, & Sedem praefatam, Motu simili, ac etiam consistorialiter, etiam iteratis vicibus in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Vides transumptum procurum.

Decretum irritans.

Dat. die 18. Maii 1621. An. I.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo primo, quindicesimo Kal. Junii, Pontificatus nostri Anno I.

XII.

Confirmatio Sententiae latae favore Camerae Apostolicae in Regnis Hispaniarum, contra Judicem Curiae Archiepiscopalis Hispalensis Jurisdictionem Sedis Apostolicae ludentem.

Ex Regest. in Secret. Breve

GRIGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

CUM, sicut Nobis innotuit, in causa, & causis coram dilecto filio Magistro Horatio de Oddis in utraque Signatura nostra Referendario, dilecti filii nostri Francisci tituli Sancti Marcelli Presbyteri Cardinalis tunc nostri, & Sedis Apostolicae in Regnis Hispaniarum Nuncii Auditoris, & ab eodem Francisco Cardinale ad infrascripta deputato, & substituto inter Procuratorem Fiscalem Camerae Apostolicae ex una, & dilectum filium Antonium Covarruvias olim Curiae Archiepiscopalis Hispalen. Judicem ex altera partibus, vertentibus de, & super eo, quod d. Antonius Jurisdictionem apostolicam, & Nuncii nostri hujusmodi impugnare, & impedire, seu impugnari, & impediri facere praesumpserit, rebusque aliis in actis causae, & causarum hujusmodi latius deductis, idem Horatius sententiam tulerit, tenoris subsequens, videlicet.

Facti factis.

Dei Nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum praeculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris peritorum consilio ferimus in iis scriptis in causa, & causis coram Nobis in prima, seu alia veriori instantia vertentibus inter D. Fiscalem Camerae Apostolicae accusant, & querelant. ex una, & Antonium de Covarruvias olim Archiepiscopum Hispalen. Judicem, de, & super eo, quod dictus Antonius Jurisdictionem apostolicam impugnare, & impedire, ac impugnari, & impediri facere, Jurisdictionem quoque Illustrissimi Domini Nuncii, illiusque Judicem delegatorum parvi facere, spernere oretenus, & in scriptis, vexari, molestari, capi, & carcerari facere, publice excommunicatus celebrare, ac divinis assistere officiis, aliisque excessus, & delicta enormia committere ausus fuerit, rebusque aliis in actis causae, & causarum hujusmodi latius deductis, & illorum occasione adversarium partibus ex altera, dicimus, pronunciamus, & definitive sententiamus, dictum Antonium reum accusatum de praemissis criminibus culpabilem, & de jure punibilem repletum (firmo remanente decreto super solutione expensarum in hac causa factarum, & salariorum, ac in illius executione subsequente obligationum, & sivejussorum promissione, circa quam nihil innovatum per hanc nostram definitivam sententiam intelligimus, & declaramus) ultra excommunicationes, & censuras, ipso jure per eum incurfas, & per Nos declaratas innovandum fore, & esse, prout hac nostra definitiva sententia condemnamus in poenam pri-

Auditoris Nunciaturae sententia.

XIII.

Facultas Clero Regni Poloniae, & Archiepiscopo Gnesneni, ut Regi subsidium praestare possint.

Ex Regest. in Secret. Breve

Ven. Fratri Archiepiscopo Gnesneni

GRIGORIUS PAPA XV.

Ven. Frater salarem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod attentis praesentibus necessitatibus, periculisque Regni Poloniae cum univeso illius Clero, Te ad contribuendum subsidium nomine summam centum quinquaginta millium florenorum monetarum partium Charissimo in Christo filio Nostro Sigismundo Poloniae, & Sveciae Regi Illustri sub nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito submissisti.

Archiep. Gnesnen. Clero nomine subsidium Regi offert.

§. 2. Nos praedicti Sigismundi Regis, & dicti Poloniae Regni hujusmodi necessitatibus consulere volentes, Tibi, ac Clero praedictis, ut eidem Sigismundo Regi praedictis necessitatibus Regni subsidium hujusmodi, sponte tamen pro una vice, & summa centum quinquaginta millium florenorum hujusmodi dumtaxat tribuere, praedicto autem Sigismundo Regi, ejusque Ministris, quod hujusmodi subsidium petere, & recipere absque conscientiae scrupulo, ac censurarum, & poenarum ecclesiasticarum incurfu libere, & licite respective possitis, & valeatis, apostolica auctoritate, tenore praesentium licentiam concedimus, & impertimur. Tibique, ut ad exactiorem praedicti subsidii per personas ecclesiasticas tantum, & non alias procedere debeas, eadem auctoritate committimus, & mandamus. Contradictores, ac solvere recalcantes per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, eadem auctoritate compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Ad id facultatem ei elargitur Gregorius.

§. 3. Non obstantibus Concilio Lateranensi, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum Regni hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, ac exemptionibus, immunitatibus etiam in corpore Juris clausis, quibusvis generaliter, vel specialiter concessis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum, mentio, seu quavis alia expressio habenda sit, & in eis caveatur expresse, quod per hujusmodi clausulas generales, etiam mentionem specialem important, eis derogatum esse non censetur, aut derogari videatur, nisi certis modo, & forma in illis expressis plene observatis. Quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro plene expressis habentes, illis alias in

Conteracia tolluntur.

vationis omnium, & quorumcumque beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, & secularium, ac usus exercitii cujuscumque jurisdictionis tam civilis, quam criminalis, tam ordinariae, quam delegatae, ac privationis omnium, & quorumcumque Beneficiorum, Dignitatum, ac reddituum Ecclesiasticorum haecenus obtentorum, & incapacitatis ad omnia alia officia, & beneficia, ac dignitates in futurum obtinendum: nec non suspensionis a Divinis per biennium, prout eundem Antonium praedictis omnibus privamus, inhabilitamus, & incapaces reddimus, & suspendimus, & ulterius in poenam relegationis, & exilii a Civitate, & Diocesi Hispalen. ad beneplacitum Sanctissimi, Sanctaeque Sedis Apostolicae sub poena reincidentiae ipso facto, & jure incurren. in casu contraventionis dicti exilii, ac etiam in poenam duorum millium scutorum, quos ex nunc Camerae Apostolicae applicamus, incorporamus, ac pro applicatis, & incorporatis haberi volumus, & mandamus; nec non eundem Antonium condemnamus in omnibus, & quibuscumque expensis in hac causa factis, & praesertim in salariis custodum post dictum decretum promissionem, & sivejussorem, obligationem respective, quarum taxationem, & liquidationem Nobis, vel cui de jure reservamus, & ita dicimus, pronunciamus, & definitive sententiamus, non solum praemisso, sed omni alio meliori modo.

Sententiam hujusmodi ratam habet Pontifex.

§. 2. Nos sententiam hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari, & debita, ut par est, executioni demandari volentes, eandem sententiam, & in ea contenta quaecumque apostolica auctoritate, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolica firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, & solemnitate, ac alios quoscumque etiam quantumvis substantiales defectus, si qui in praemissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel censerent, aut allegari possint, etiam si tales sint, vel fuerint, de quibus ad hoc, ut suppleri possint, specialis, & expressa mentio habenda foret, supplemus, eaque omnia, & singula valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere.

Clausula.

§. 3. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scierit, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrarium

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 21. Maii 1621. An. I.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 21. Maii 1621. Pontificatus nostri Anno I.

Pauperes Clerici hoc subsidio praestando eximuntur.

Transumptis danda fides.

Dat. die 27. Maii 1621. An.I.

in suo robore permanens hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut pauperes Clerici, qui in redditibus non habent, nisi victum necessarium, ad contribuendum minime compellantur.

§. 5. Præterea volumus, quod præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in Judicio, & extra in omnibus, & per omnia adhiberi, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 27. Maii 1621. Pontificatus nostri Anno Primo.

XIV.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Sex Decimæ sex annis perfolvendæ in Dominiis Caroli Emanuelis Sabaudia Ducis pro eodem Duce indicuntur.

Ven. fratri Petro Francisco Episcopo Seonen. Nostro, & Apostolicæ Sedis apud dilectum filium nobilem Virum Carolum Emanuele Sabaudia Ducem Nuncio.

GREGORIUS PAPA XV.

Ven. frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Causa præstandi Duci subsidium.

§. 1. Præstantia dilecti filii Nobilis Viri Caroli Emanuelis Sabaudia Ducis, & Pedemontium Principis in Nos, & Apostolicam Sedem merita possunt, ut illi, qui pro Catholica Religione in suis Dominiis tuenda, gravissimis assidue sumptibus premitur, quibus suppeditandis ipsius redditus nequaquam sufficiunt, de aliquo subventionis auxilio ex Apostolicæ Sedis benignitate libenter prospiciamus.

Sex decimæ sexennio solvendæ indicuntur.

§. 2. Motu igitur proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione, deque apostolica potestatis plenitudine, tenore præsentium, indicimus, & imponimus sex integras Decimas intra sexennium ab initio currentis anni 1621. numerari, unam scilicet quolibet anno respective exigendas omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & proventuum, Jurium, obventionum, & emolumentorum quorumcumque tam certorum, quam incertorum secundum verum annum valorem quarumcumque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Collegiarum, etiam Metropolitanarum, Collegiarum, & Parochialium, aliarumque Ecclesiarum, & Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam Mensarum Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, Capitularium, & Conventualium, Prioratum quoque, Præpositurarum, Præceptoriarum, Canonicatum, Præbendarum, Dignitatum, Personatum, administrationum, Officiorum, ceterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura Se-

cularium, ac S. Benedicti, S. Augustini, Cluniacen., Cisterciens., Præmonstratens., Silvestrinorum, & quorumcumque aliorum Ordinum, non tamen Mendicantium, utriusque sexus, necnon Congregationum Regularium, ac Hospitalium actu pauperum hospitalitatem non exercentium, ac Militiarum quarumcumque, non tamen Sanctorum Mauriti, & Lazari, & Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, quæ pro sui tutela contra Turcas, & alios Infideles alienis auxiliis continuo egent, in universo Ducatu Sabaudia, & Principatu Pedemontium, necnon Niceæ Provincia nuncupat., & toto ejus Districtu, ac Territorio, & Statu Onelia, ac in reliqua temporali ditione disti Caroli Emanuelis Ducis ultra, & citra montes existentium a Ven. fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis electis Administratoribus, Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Prælati, Capitulis, Conventibus, Canonicis, Rectoribus, ceterisque personis Ecclesiasticis Secularibus, ac quorumvis Ordinum, & Militiarum Regularibus, etiam exemptis, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subiectis, Ecclesias, Monasteria, & alia Beneficia Ecclesiastica Secularia, vel Regularia, etiam Militaria supradicta in titulum, Commendam, administrationem, aut aliis quomodolibet obtinentibus, necnon ab aliis etiam, quibus fructus, redditus, proventus, Jura, obventiones, & emolumenta hujusmodi Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum supradictorum, loco pensionum annuarum, aut super illis pensiones annuæ etiam a similibus Decimarum solutione quantumcumque libera, & exempta, & sub quibusvis obligationibus etiam in forma Camera Apostolicæ, & Jramento etiam de non contraveniendo, ac fortasse etiam de non impetrando gratias Apostolicas contra hujusmodi exemptiones, & concessis non utendo vallatæ, reservatæ fuerint, & intra sexennium prædictum dumtaxat reservabuntur, cujuscumque præmiuentiæ, dignitatis, Status, gradus, Ordinis, & conditionis existant (exceptis tamen S. R. E. Cardinalibus, & quoad Parochialium Ecclesiarum, aliorumque Beneficiorum personalem residentiam requirentium, quorum singulorum fructus, redditus, proventus, Jura, obventiones, & distributiones quotidianas, aliaque emolumenta tam certa, quam incerta valorem annuum centum scutorum moneta illarum partium vere, & realiter non excedunt, possessores arbitrio tuo remittimus, quos ab hujusmodi decimarum solutione liberos, & exemptos esse volueris, & declaraveris), quos omnes supradictos unica singulis annis, dicto sexennio durante, solutione, intra terminum a fraternitate tua præfigendum, decimam hujusmodi perfolvisse, ita ut, qui pensionesolvere debent, etiam nomine Pensionariorum decimas hujusmodi perfolvant, & deinde in proximis terminis perfolvendarum pensionum eam ratam sibi retineant, ad rationem decem pro centenario, nisi ejusdem

Nullis suffragantibus exemptionibus nisi us, quæ hic exprimuntur.

Decimarum hujusmodi Collector deputatur Nuncius Apostolicus.

dem Decimæ Collectores, aut subcollectores ab ipsismet pensionariis eam exigere voluerint.

§. 3. Decernentes nullas omnino immunitates, & exemptiones, etiam ex causa resignationis, cessionis Jurium, concordia, conventionis, aut quacumque alia gravi, & onerosa occasione quocumque modo concessas, & dicto sexennio durante concedendas, etiamsi possessores, usufructuarii, aut alii pensiones hujusmodiolvere habentes juri, & actioni petendæ, vel retinendæ, portionis, & ratæ partis pensionarios contingit iurejurando renunciaverint, & illas libere donaverint, ac facultati repetendi similiter renunciaverint, ac in forma Camera Apostolicæ amplissima caverint, eodem pensionarios aliquo modo excusare, seu integram solutionem hujusmodi minuire, vel impedire posse; Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane quidquid seorsus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Ut autem supradicta diligenter, & fideliter executioni demandentur, Fraternitatem tuam, cujus fides, & prudentia Nobis jam pridem cognita, & probata existit, & pro tempore existentem nostrum, & Apostolicæ Sedis apud eundem Carolum Emanuele Nuncium, generalem Decimarum hujusmodi Collectorem cum omnibus privilegiis, jurisdictionibus, & juribus hujusmodi Collectoribus de jure, vel consuetudine quomodolibet competentibus, auctoritate apostolica, tenore præsentium, facimus, constituimus, & deputamus. Mandantes Tibi, ut hujusmodi Decimas a Te, vel Subcollectoribus tuis iuxta declarationes infra scriptas deputandis exigendas, eidem Carolo Emanueli Duci, vel ab eo deputato integre consignari cures, dantes Tibi plenam, liberam, & absolutam potestatem, & auctoritatem supradictos omnes, tam conjunctim, quam divisim ad integram hujusmodi Decimæ solutionem, etiam per Edictum locis publicis affigen., & sub censuris, & pœnis ecclesiasticis monendi, & requirendi; non parentes, contumaces, & fraudantes in censuras, & pœnas incidisse declarandi, proprietates, fructus, res, & bona ipsorum apprehendendi, & usque ad satisfactionem retinendi, Contradictores, Perturbatores, Molestatores, & rebelles quoscumque, eisque auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte quovis quaesito colore præstantes, cujuscumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, prædictis, aliisque censuris, & pœnis ecclesiasticis, nec non pecuniariis, ceterisque Juris, & facti remediis opportunis compellendi, illasque etiam iteratis vicibus aggravandi. Dignitatibus, Beneficiis, & Officiis omnibus privandi, & amovendi, & ad futura inhabiles faciendi.

ciendi, interdictionem ecclesiasticam apponendi, auxiliumque brachii secularis, quodcumque opus fuerit, invocandi, ad sanitatem vero reverfos qui debite satisfecerint, ab omnibus censuris, & pœnis supradictis in forma Ecclesiæ consueta absolven., super irregularitate forsitan incurfa dispensan., & ad primum statum omnino restituendi. Præterea Collectores, & Subcollectores fidei, & facultatibus idoneos in universo Ducatu Sabaudia, ac Principatu Pedemontium, necnon Niceæ Provincia nuncupat., & toto ejus Districtu, ac Territorio, & Statu Onelia, ac in reliqua temporali Ditione hujusmodi, quotquot videris expedire, cum simili, vel limitata, non tamen absolvendi potestate, ut infra dicitur, constituendi, eumque, vel eos arbitrio tuo revocandi, negligentes, & morosos removendi, ac alium, seu alios surrogandi, quotiescumque tibi videbitur, in delinquentes, & contumaces per Te, vel alium, seu alios etiam simpliciter & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicii inquirendi, & mentis pœnis puniendi, modos, & formas in prædictis servandas præscribendi, dubia quæcumque in præmissis forte oritura declarandi, ac prorsus omnia, & quæcumque circa ea necessaria, & opportuna faciendi, statuendi, & exequendi, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigent magis speciale, quam præsentibus est expressum. Verum pro verificando vero valore singulorum Beneficiorum, volumus, & decernimus, ut locorum Ordinarii in sua quisque Dioecesi, vocato Clero, una cum duabus personis a prædicto Carolo Emanuele Duce deputandis declarare debeant, quantum cujuscumque Beneficii ratione pro hujusmodi Decima debeatur. Si quis se super hujusmodi declaratione gravatum senserit, gravaminis cognitio ad Te pertineat. Exactionem autem hujusmodi Decimarum iuxta dictam declarationem in qualibet Dioecesi a duobus Collectoribus ab Episcopo, & Clero nominandis, & a Te per tuas patentes literas deputandis facien. esse, pecunias autem penes personas fidei, & facultatibus idoneas per quemlibet Episcopum deputandas curare, illasque postea, statutis solutionum temporibus in manus tuas transmittere debere volumus, & declaramus; Tu vero pecunias prædictas eidem Carolo Emanueli Duci, aut ab eo deputato consignare curabis.

§. 5. Caterum, quia non intendimus eidem Carolo Emanueli Duci ultra summam annuam decem millium scutorum auri in auro ratione hujusmodi Decimarum ex qualibet ex dictis ditionibus, videlicet Ducatu Sabaudia, & Principatu Pedemontium, & Niceæ cum Statu Onelia concedere, volumus, ut si Decima in qualibet ex dictis Ditionibus colligenda summam prædictam decem millium scutorum excederint in notabili quantitate, tu illius ratam, partem in qualibet Dioecesi respective minuendo, ad dictam summam in qualibet ex dictis Ditionibus reduces, ita tamen, ut si in altera ex dictis Ditionibus Decima hu-

In unaqueque Provincia non nisi decem millia scutorum exigenda.

justi modi ad summam decem millium scutorum non ascenderit, & in altera eandem summam exceperint, non debeant, nec possint ex Decimis unius excedentis suppleri Decimæ alterius Ditionis deficientis. Ad hujusmodi autem Decimarum solutionem, Beneficia etiam Civitatis, & Diocesis Salutarum ad instar aliorum teneri volumus, & declaramus.

Penso Colletores assignatur.

§. 6. Volumusque etiam, ut Tu ex Decimis in Principatu Pedemontium, & Nicææ, ac Statu Oneliæ prædictis, non autem in Ducatu Sabaudia, ut præfertur exigen, postquam exactæ fuerint, decimam partem pro tua provisione retinere possis. ita tamen, ut Clerus nihil ratione hujusmodi procurationis, aut alia quavis de causa ulterius solvat, quam integras Decimas supradictas; Tu vero ex singulis decem per Te pro tua decima parte, ut supra exactis, duo, nostro, & S. R. E. Camerario cum effectu persolvas.

Contraria tolluntur.

§. 7. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris Nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliisque apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Militiarum, & locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis; Quodque Prælati, & personis prædictis, eorumque Ecclesiis, & locis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicati non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto, necnon personis, earumque nominibus, cognominibus, Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & locis hujusmodi mentionem; & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, & in specie quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; & solutionem Decimarum aliter, quam secundum antiquam taxam, & nisi in universali Decimarum per Orbem impositione, fieri prohibentibus, nec non promissionibus, donationibus, obligationibus, juramentis, renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione prædictarum pensionum factis, quibus per impositionem Decimæ hujusmodi neminem teneri, neque eas quoad præmissa contra quemquam locum habere declaramus, aliisque Indultis, & literis apostolicis generalibus, & specialibus cujuscumque tenoris existant, per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta effectus earum impediri quomodolibet valeat, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia contra prædicta nolumus cuiquam suffragari, ceterisque contrariis quibuscumque.

Concilio Viennensi servanda.

§. 8. In percipienda vero Decima prædicta Constitutionem piæ mem. Clementis Papæ V. etiam prædecessoris Nostri in Con-

cilio Viennensi editam, & præsertim quod ad monetam currentem exigi, quodque nec Calices, nec libri, ceteraque Ecclesiarum ornamenta divino cultui dicata, aliisque suppellex ecclesiastica ex causa pignoris capi, recipi, vel distrahi, aut aliis quomodolibet occupari debeant, quinimo volumus, ut illius occasione Ecclesiæ, Monasteria, aliaque pia, & sacra loca quæcumque debitis propterea non fraudentur obsequiis, ac divinis in iis cultus Altissimo famulantium, & Ministrorum numerus nullatenus minuatur, neque eis quoquo modo injuncta onera, aut pia, quæ exerceri solent, opera, & officia ullo modo minuantur, seu negligantur, sed illorum congrue supportentur onera consueta; Nec quisquam etiam plura, aut fortasse Beneficia, aut pensiones quantumque valoris obtineas pro quietantia, ultra vigesimam partem unius aurei nummi persolvere cogatur.

Transumpta danda fides.

§. 9. Præsentium vero literarum exempla etiam impressa Notarii publici manu subscripta, ac tuo sigillo obsignata, eandem in Judicio, & extra illud ubique locorum fidem facere, quam ipsæ originale facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 27. Maii 1621. An. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 27. Maii 1621. Pont. nostri Anno Primo.

XV.

Confirmatio nonnullarum Literarum Apostolicarum, quibus statuitur, ut Ecclesiastici, tam seculares, quam regulares Civitatis Bononiensis ad opera publica concurrant.

Ex Regest. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. CUM aliis fel. rec. Gregorius XIII. per suas sub die 11. Julii 1573., & Clemens VIII. Romani Pontifices Prædecessores nostri, etiam per suas sub die 10. Martii 1600. in simili forma Brevis expeditas literas decreverint, & ordinarerint, ut ad refectionem, & reparationem, constructionemque Pontium, Viarum, Aggerum, Fluminum, Aquæductuum, & aliorum similium operum in publicum, commune, aut privatum beneficium factorum, omnes Religiosi regulares, & seculares Mendicantes, & non Mendicantes, & quæcumque Domus, Hospitalia, Monasteria, & alia loca pia, & omnes aliæ personæ quantumvis privilegiate, & exemptæ Civitatis nostræ Bononiæ, quæ ex dictis operibus utilitatem, commodumque consequuntur, pro rata concurrere deberent: idemque tempore fel. etiam rec. Pauli Papæ Quinti etiam Prædecessoris nostri, causa cognita, per literas de illius ordine emanatas servari debere omnino mandatum fuerit.

Recentes Pontificum Constitutiones, quibus statuitur, ut Ecclesiastici Bononiæ ad publica opera concurrant.

§. 2. Nos harum prædictarum literarum tenores præsentibus pro expressis habentes,

Easque confirmat.

Contraria tollit.

Dat. die 14. Junii 1621. An. I.

tes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris omnia, & singula in dictis literis contenta, apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, & quantum opus sit, de novo concedimus.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam, Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Junii 1621. Pontificatus nostri Anno I.

XVI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Exemptiones nonnullæ Legatis, & Vice-Legatis, & Gubernatoribus Civitatis Bononiæ, conceduntur.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Gregor. XIII. certas exemptiones Legatis, & Vice-Legatis concessit in nonnullis Civitatibus.

§. 1. CUM, sicut accepimus a fel. rec. Gregorio Papa XIII. Prædecessore nostro per suas in simili forma Brevis expeditas literas fuerit ordinatum, pro exemptione Piscium pro usu dilectorum filiorum nostrorum, & Sedis Apostolicæ in Civitate, & Comitatu nostris Bononiæ, de latere Legatorum, & eorum familiis singulo mense quinque a Camera Bononiæ, eisdem persolvi, & pro carniem exemptione libras sex pariter quolibet mense; ipsis vero Legatis absentibus pro Vice-Legatorum, & Gubernatorum usu pro dimidia tantum earundem summarum præstari debere, & quod nihil ulterius pro exemptionibus prætere quovis alio prætextu possent, aut deberent.

Sed cum excessum aliqui in parte fuerint.

Gregorius summus pro Legatis, Vice-Legatis, & Gubernatoribus duplicat, & quidquam ultra exigi vetat.

§. 2. Retroactis vero temporibus valde excessum fuerit in maximum Camera prædictæ præjudicium, & in dies magis, nisi opportune provideretur, excederet.

§. 3. Nos præmissis quantum cum Domino possumus obviare volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, attendita etiam mutatione, & qualitate temporum, summas prædictas in eorundem Legatorum, aut Vice-Legatorum, aut Gubernatorum respective usum, apostolica auctoritate, tenore præsentium duplicamus, declarantes, & ordinantes, ut nihil ultra quovis modo, aut quavis ratione, vel causa pro dictis, aut aliis exemptionibus petere, aut prætere posse, & in reliquis prædictas Gregorii Prædecessoris Literas, auctoritate, & tenore prædictis approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 14. Junii 1621. An. I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Junii 1621. Pontificatus nostri Anno I. Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

Causæ Ecclesiasticorum, & Locorum Piorum Civitatis, & Diocesis Bononiensis in prima instantia in Foro Archiepiscopali cognoscendæ.

Ex Regest. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Ecclesiarum Prælatos præsertim Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui universalis Ecclesiæ servitio assistentes assiduos nobiscum pro ea labores suscipiunt, specialibus favoribus, & gratiis libenter profequimur, prout conspiciamus salubriter in Domino expedire.

Exordium.

§. 1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in Foro Archiepiscopali Ecclesiæ Bononiæ, cui dilectus filius noster Ludovicus tituli Sanctæ Mariæ Transpontinæ Presbyter Cardinalis Ludovicus nuncupatus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius noster secundum carnem ex fratre germano nepos ex concessione, & dispensatione apostolicæ potestatis dignoscitur, omnes, & quæcumque causæ personarum Ecclesiasticarum, utriusque sexus, ac piorum locorum Civitatis, & Diocesis Bononiæ, cujuscumque qualitatis causæ ipsæ existant, & ad quamcumque summam ascendentes tam civiles, quam criminales, & mixtæ, & tam activæ, quam passivæ contra quoscumque tam Ecclesiasticos, quam Laicos, tam seculares, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regulares, etiam privative quoad eorum Conservatores, nec non etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & quoscumque alios tam ordinarios, quam delegatam jurisdictionem habentes, in prima instantia tam hætenus motæ, quam in futurum movendæ in Curia, & Foro Archiepiscopali, in quo forte, ut asseritur, extat consuetum, quod clerici actores trahunt laicos reos per Officiales, & Judices ab ipso Ludovico Cardinale, ac ejus in dicta Ecclesia successores pro tempore deputatos una cum eorundem causarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totisque negociis principalibus audiri, cognosci, & sine debito, prout juris fuerit, terminari, & debite executioni demandari omnino debeant, quodque duæ sententiæ conformes in causis prædictis faciant rem judicatam, nec ab eis appellari, restitutio in integrum, seu redemptio ad arbitrium boni viri peti, seu quocumque alio modo reclamari possit, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Statutum, de quo in Rubric.

§. 3. Distoque Ludovico Cardinali, & ejus in dicta Ecclesia successoribus prædictis, & ab eo, & illis pro tempore deputatis Officialibus, & Judicibus hujusmodi omnes, & singulos, nec non Universitates, Collegia, & loca etiam pia jus, & interest.

Archiepiscopis data facultates.

Claufula

te habent, aut habere quomodolibet prae-

§.4. Decernentes, praesentes literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu, praetextu, occasione, vel causa, etiam ex eo quod regulares hujusmodi, seu eorum Procuratores auditi, vel causa propter quas praesentes emanarunt, examinata non fuerint, notari, impugnari, rescindi, seu revocari, in jus, vel controversiam adduci, easque sub similibus, vel dissimilibus gratiarum, & concessionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus factis, seu faciendis minime comprehendendi, sed semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, neque quod idem Ludovicus Cardinalis facultatibus per praesentes concessis, etiam si plures casus evenierint, usus non fuerit, opponi posse; Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obstantibus, quatenus opus sit, regula nostra de jure quaesito non tollendo, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Civitatis, & Dioecesis Bononien. hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, nec non quibusvis Conservatoriis, privilegiis quoque pro electione Conservatorum, indultis, & literis apostolicis, nec non quibusvis Conservatoriis, quibusvis Ordinibus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda esset, eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat

specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Junii 1621, Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 18. Junii 1621. An. I.

XVIII.

Facultas Vice-Legato Avenionen. eligendi tres viros pro decisione controversiarum inter Civitatem Avenionen., & Homines Burgi de Noves, & alios Provinciales vertentium ratione confinium, & jurisdictionis, quam Francorum Rex super Flumine Darentia sibi asserit.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Ven. fratri Guillelmo Archiepiscopo Seleucien. in Civitate Avenionen., ac Comitatu nostris Venayssio Vice-Legato.

GREGORIUS PAPA XV.

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Cupientes lites, & differentias inter subditos Civitatis Avenionen., & Comitatus nostrorum Venayssio, ex una, & subditos charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Burgi de Noves, & Provinciales ex altera partibus occasione limitum, & confinium, Territorii Avenionen., & Fluminis Darentia e Regione Provinciae, ac etiam ratione Jurisdictionis, quam dictus Ludovicus Rex super dicto flumine, illiusque alveo, & Insulis in eodem alveo sitis praetendit, vententes terminari, & decidi, ac de tua fide, prudentia, doctrina, integritate, ac in rebus agendis experientia plurimum in Domino confisi, tibi tres personas, quae simul cum Commissariis, seu Deputatis a dicto Ludovico Rege de litium, & differentiarum praedictarum determinatione, & decisione agant, eligendi, aliaque omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, & opportuna, etiam si talia forent, quae mandatum requirerent magis specialem, similiter faciendi, gerendi, & exequendi apostolica auctoritate, tenore praesentium, facultatem concedimus, & indulgemus.

Facultas, de qua in Rubr.

§.2. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 26. Junii 1621, Pontificatus nostri Anno I.

Derogatio contrariorum

Dat. die 26. Junii 1621. An. I.

Epi-

XIX.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Episcopis Indiarum Occidentalium conceditur facultas Lauream Doctoratus iis concedendi, qui in Scholis Collegiorum Societatis Jesu per quinquennium scientiis operam dabunt, ubi studiorum desunt Universitates.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium

IN supereminenti Apostolica Sedis specula, meritis licet imparibus, Domino disponente constituti, & intra mentis nostrae arcana revolventes, quantum ex literarum studiis catholica fides augetur, divini numinis cultus pretendatur, veritas cognoscatur, & justitia colatur, ad ea libenter intendimus, per quae literarum hujusmodi studiis operam sedulo navantes, laborum suorum fructus, & premia, sublati impedimentis quibuslibet, consequi possunt.

Concessio facultatis, de qua in Rubr.

§.2. Hinc est, quod Nos supplicationibus charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum consilio, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, atque Episcopis Indiarum Occidentalium, & Sede illarum vacante, Cathedralium Ecclesiarum Capitulis, ut gradibus Baccalaureatus, Licentiatum, Magisterii, & Doctoratus insignire valeant, quotquot annis quatuor studuerint in Collegiis formatis Presbyterorum Societatis Jesu Insularum Philippinarum, ac de Chile, Tucuman, Fluvii de Plata, & novi Regni Granaten., aliarumque Provinciarum, & partium earumdem Indiarum, ubi non sunt Universitates Studii generalis, quae a publicis Universitatibus ducentis saltem miliaribus distant, itant gradus hujusmodi ubique locorum suffragentur, dum tamen iidem, ut praefertur, promovendi prius gesserint actus omnes, qui in Universitatibus generalibus fieri consueverunt pro his gradibus adipiscendis, atque a Rectore, & Magistro Collegii approbationem obtinuerint; quodque tempus, quo quis in praedictis Collegiis studuerit, computetur, & profit ad effectum lucrandi, quos vocant, cursus in Universitatibus Indiarum Occidentalium, apostolica auctoritate, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Derogatio contrariorum

§.2. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quarumcumque Universitatum generalium juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, illis, eorumque Rectoribus, Magistris, Clericis, & personis, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum qui-

bulvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem, importantes mentio facta foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis, & sufficienter insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Julii 1621, Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 9. Julii 1621. An. I.

XX.

Erectio Officii perpetui ad instar aliorum Officiorum Romanae Curiae vacabilis pro uno Notario specialiter deputato ad formandum, privative quoad alios quoscumque Notarios, Processus coram S.R.E. Cardinalibus super qualitatibus promovendarum a Summo Pontifice ad Cathedralis Ecclesias, & Monasteria Conventualia, eorumque statu cum privilegiorum, & gratiarum clarigatione.

De forma autem promovendi ad hujusmodi Ecclesias, & dignitates, & qualitatibus promovendorum ultra disposita per Sacros Canones in cap. Cum in cunctis, de Electione. Et Conc. Trid. Decreta, sess. 7. cap. 1. & sess. 25. cap. 1. de Reform. vide etiam in Const. XVI. Gregor. XIV. Onus. Tom. V. Par. I. fol. 268.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Consequit Romanus Pont. in supremo Apostolica potestatis folio ex praepotentis Dei, cujus vices in inferiore hoc Orbe gerit, providentia constitutus, qui suos actus provida moderatione dirigit, si quid in publicum, vel privatum praedictum aliquando processisse, ac etiam ex defectu debita provisionis, & animadvertionis inveterate comperit, id de medio tollere, ac in literis etiam nonnunquam per novorum Officiorum, viris fide, ingenio, industria, solertia, & diligentia pollutibus, qui Officia ipsa fideliter, ut convenit, exercere, & suo muneri respondere sciant, velint, & valeant, committendorum, ex debito sui Pastoralis Officii providere, & in his quoque ejusdem Officii sui partes interponere, prout rerum, & temporum, & personarum qualitatibus debite pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Exordium

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit

Causa hujus erectio.

Ereccio officii de quo in rubrica.

antea in formandis, & instruendis processibus, qui super qualitatibus promovendorum per Romanos Pontifices pro tempore existen. ad quarumcumque Cathedralium Ecclesiarum Pastorum solatio destitutarum, ac Monasteriorum consistorialium pro tempore vacantium regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi statu hic in Curia coram Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus etiam pro tempore existentibus, formari, & institui consueverunt, quod tamen maxime necessarium videtur, nullus certus hactenus deputatus, seu designatus fuerit Notarius, sed ad hoc munus Notarii plerumque in eo parum experti, qui promovendorum ad Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi regimina libito adhibiti fuerint.

§. 2. Nos, cui ab ipso nostri Pontificatus initio cordi fuit, abusus quoscumque, ab ipsa praesertim Romana Curia, quantum in nobis esset, extirpare, atque evellere, & circa ea provida animadversione, etiam per novorum officiorum, viris fides, ingenio, industria, solertia, & diligentia, ut praefertur, pollutibus, committendorum erectionem, ubi id opportunum, & conveniens fore censeremus prospicere: Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine unum perpetuum Notariatus officium ad instar aliorum Rom. Cur. officiorum vacabile, cujus concessio, & omnimoda alia dispositio, quoties illud per obitum, resignationem, privationem, aut alias quovis modo vacare contigerit, ad Nos, & Rom. Pontific. pro tempore existen. spectet, & pertineat, pro uno Notario, qui private quoad alios quoscumque Notarios, in formandis, & instituendis processibus, quos super qualitatibus promovendorum per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existen. ad quarumcumque Cathedralium Ecclesiarum Pastorum solatio etiam pro tempore destitutarum, necnon Monasteriorum quorumcumque consistorialium similiter pro tempore vacantium regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi statu hic in Curia coram S. R. E. Cardinalibus, aut eorum Auditoribus formati, & institui deinceps perpetuis futuris temporibus contingerit, ipsis Cardinalibus, seu eorum Auditoribus assistere, & testium dicta, & depositiones in scriptis, per se, vel substitutum idoneum redigere teneatur, ac debeat, apostolica auctoritate, tenore praesentium erigimus, & instituiamus.

Dotis assignatio.

§. 3. Illique sic erecto, & instituto pro ejus congrua dote omnia, & singula emolumenta, regalia, & jura per alios Notarios, qui antea in formandis hujusmodi processibus eisdem Cardinalibus, seu eorum Auditoribus, ut praefertur, assisterunt, ac dicta, & depositiones testium in scriptis redegerunt, percipi solita, & consueta, eisque propterea debita, perpetuo applicamus, & appropriamus.

Privilegium, & gratia.

§. 4. Et insuper Officium Notariatus hu-

jusmodi pro tempore obtinenti, ut in quibuscumque sessionibus, processibus, necnon equitationibus, etiam solemnibus Rom. Pont., & aliis quibuscumque una cum ceteris Rom. Cur. Notariis, cujuscumque gradus, & conditionis existentibus, interesse, ac omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, antelationibus, aliisque prerogativis, & gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus Camera nostrae Apostolicae Notarii de jure, usu, consuetudine, seu privilegio, aut alias etiam quoad exemptionem vectigalium, gabellarum, & pedagiorum quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, similiter, & pariformiter non solum ad eorum instar, sed aequaliter, & principaliter, ac sine ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possit, & valeat, perinde ac si illa sibi per praesentes specialiter concessa fuissent, auctoritate, & tenore praemissis perpetuo concedimus, & indulgemus.

tiarum concessio.

§. 5. Et insuper cupientes Officium praedictum, sic per Nos erectum personae idoneae cum primum concedere, de fide, industria, solertia, & diligentia, & non vulgari in arte Notariatus hujusmodi peritia dilecti filii Odoardi Tibaldeschi Clerici Spoletan. Dioc. fide dignis testimoniis certiorati, motu simili, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine, Officium praedictum a primava illius erectione hujusmodi vacans, cum omnibus, & singulis illius honoribus, oneribus, salariis, & emolumentis universis, ordinariis, & extraordinariis, undecumque ex illius exercitio provenientibus, & illi propterea debitis, praedicto Odoardo, qui ob urgentes, quibus premimur, necessitates, in nostram, & Sedis Apostolicae subventionem summam scutorum mille persolvit, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & assignamus: ipsumque ad Officium hujusmodi, illiusque liberum, exercitium, honores, & onera per eos, ad quos spectat, & pertinet, spectareque, & pertinere poterit, recipiendum, & admittendum fore, & esse, eisque de ejusdem Officii juribus, regaliis, salariis, & emolumentis solitis, & consuetis integre responderi debere decernimus.

Ereccio Odoardi Tibaldeschi ad dictum officium.

§. 6. Praesentesque ad probandum plene, quod eadem summa in nostram, & Sedis Apostolicae subventionem conversa fuerit, aliaque praemissa ubique tam in iudicio, quam extra sufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, neque ipsum Odoardum, ejusque in dicto Officio successores ad eandem praesentes in Camera nostra Apostolica juxta Constitutionem pie mem. Pii Papae IV. Praedecessoris nostri sub dat. octavo Idus Augusti, Pontificatus sui anno VI. editam, inter alia disponentem, quod impetrantes gratias interesse dictae Camerae quomodolibet concernentes, illas in eadem Camera infra certum inibi expressum tempus praesentare, seu registrari facere debeant;

Clausulae praeservativae.

beant; teneri, neque ad id ulla unquam necessitate cogi, nec propterea ipsas literas viribus carere; sed eidem Odoardo, ejusque successoribus praedictis in omnibus, & per omnia, perinde ac si juxta constitutionem praedictam praesentata, seu registrata, ac insinuata, ac omnia ad id necessaria adimpleta fuissent, suffragari, nec non eandem praesentes literas sub ea, per quam in principio Pontificatus cujusvis Rom. Pont. cassantur facultates percipiendi pretium quorumvis Rom. Cur. officiorum in toto, vel parte, ac quavis dispositiones per quemcumque Rom. Pont. Praedecessorem de officiis vacantibus, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, ac sub quacumque verborum forma pro tempore facta, & omnino sub aliis quibusvis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, & declarationibus generalibus, & specialibus, etiam per Nos, & successores nostros Rom. Pont., ac Sedem praedictam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliis quomodocumque, & ex quibusvis causis, etiam pro tempore factis, minime comprehendit, sed ab illis semper exceptas, & quoties ille emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo concessas esse, ac Odoardo, & successoribus praedictis suffragari, nec non quemcumque eorum de non tollendo jure quaesito, aliisque Constitutionibus, & Cancellariae Apostolicae regulis editis, & edendis, ceterisque beneficiis, quorum possessores longi temporis alias gaudere possunt, ac debent, & solent, plenissime gaudere: praesentesque vim validi, & efficacis contractus solemnii stipulatione interveniente, inter Nos, & dictam Sedem, successoresque nostros, & Cameram praedictam ex una, nec non praedictum Odoardum ex altera partibus, etiam ex causa onerosa iniri habere, nec illas, etiam ex eo, quod dictus Odoardus, aut alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, aut alias quovis etiam enormis, vel enormissimae laesione praetextu, occasione, vel causa, etiam gravissima, & urgentissima, ac de necessitate exprimenda revocari, nec etiam pro eo, quod dicti officii pretium juxta currentem illius valorem praestitum, vel solutum, aut ex alia quacumque causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, aut alio quocumque defectu notari, neque propterea, seu alias ad viam juris reduci posse.

Decretum irritans.

§. 7. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam Camerarium, & eisdem Camera Praesidentes, & Clericos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel

ignoranter contigerit attentari, decernimus. §. 8. Non obitan. quatenus opus sit, nostra de non tollen. jure quaesito, aliisque quibusvis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non Urbis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris, die 16 Julii 1621. Pont. Nostri Anno Primo.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 16 Julii 1621. An.I.

Sequitur Deputatio hujus Notarii ad conferendum dd. Processus in partibus formatos, & ad Romanam Curiam transmissos cum emolumentorum assignatione.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRidem cum in formandis, & instruendis Processibus, qui super qualitatibus promovendorum per Rom. Pontific. pro tempore existentem ad Ecclesiarum Cathedralium Pastorum solatio destitutarum, ac Monasteriorum consistorialium pro tempore vacantium regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi statu hic in Curia coram S. R. E. Cardinalibus formari, & institui consueverunt, nullus certus hactenus deputatus, seu designatus fuisset Notarius, sed ad hoc munus Notarii plerumque parum experti adhiberentur, Nos huic incommodo opportuna ratione providere volentes: Motu proprio, non ad alicujus super hoc Nobis oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine unum perpetuum Notariatus Officium ad instar aliorum Rom. Cur. officiorum vacabile, cujus concessio, & omnimoda alia dispositio, quoties illud per obitum, resignationem, privationem, aut alias quovis modo vacare contingeret, ad Nos, & Rom. Pontifices pro tempore existen. spectare pro uno Notario, qui private quoad alios quoscumque in formandis, instruendisque processibus, quos super qualitatibus promovendorum ad Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum consistorialium regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi statu hic in Curia coram S. R. E. Cardinalibus, aut eorum Auditoribus formati, & institui deinceps perpetuis futuris temporibus contingeret, ipsis Cardinalibus, seu eorum Auditoribus assistere, & testium dicta, & depositiones in scriptis per se, vel substitutum idoneum redigere teneretur, ac deberet, apostolica auctoritate ereximus, ac instituiamus.

Procurium, & enarratio erectionis Officii Notariatus de quo in rubrica.

Et Dotis assignatio.

§. 1. Illique sic erecto, & instituto pro ejus congrua dote omnia, & singula emolumenta, regalia, & jura per alios Notarios, qui antea in formandis hujusmodi processibus eisdem Cardinalibus, seu eorum Auditoribus, ut praefertur, assisterunt, ac dicta, & depositiones testium in scriptis redegerunt, percipi solita, & consueta, eis-